

Matth. XIII. 19. p. 87. vim habet vel *constitutivam*; v. g. Cum Christus Paralytico Marc. II. 11. & Puellæ c. V. 41. ait Σοι λέγω. ἔγειραι, dico tibi surge; vel *asseverativam*, v. g. Cum Christus Matth. XIII. 19. Ecclesiæ promittit rem optimam & maximè necessariam, exauditio- nem scil. precum: λέγω, inquit, ὑμῖν, qs. d. Διευρύνωμαι ὑμῖν. Ta- lem asseverationem cum autoritate conjunctum & hoc loco præfens habere videtur formula, καὶ γὰρ δέ σοι λέγω. Sunt enim verba ἀξιω- ματικά (observante Philologo Clar. Casaubono scil. l. c. p. 339. a. fin.) ut Græci appellant, & plena Majestatis: quæ videntur voluisse exprimere olim; qui verba Domini concinnarunt in formam ejusmodi: Amen, A- men dico tibi, quia tu es Petrus &c: ut habent Theodoretus & Augusti- nus sermone 39. de Sanctis.

ὅτι ] Particula variarum significationum, quæ scire pretium ope- ræ est, judice Magnif. Dno. D. Scherzero Disp. inaugur. cit. lit. c. 2. circa fin. Sumitur (1) *Causaliter*, αἰτιολογικῶς Joh. III. 18. (2) *ratiocinativè* συλλογιστικῶς ἢ ἐκβατικῶς sive collectivè, designatq; causam co- gnoscendi, non essendi, causam consequentiæ, non consequentis Joh. II. 44. Luc. VII. 47. Ergò dilexit multa 1. Tim. I. 13. 1. Joh. III. 14. ὅτι ea propter Joh. XVI. 27. ad quem locum Toletus: Certum est par- ticulam ὅτι aliquando non causam, sed consecutionem notare. Et sigillatim Albertus: Conjunctio *Quia* non est causalis, sed quædam signi dat rationem, & est sensus: hoc quod me amastis, signum est, quod Pater amat vos. (3) *Adversativè* Luc. XXIII. 40. ὅτι quamvis Joh. IX. 45. ἔτι quamquam, Act. I. 17. 1. Tim. I. 13. quod per Ebraicum וְ declarat D. Gerhard. Harm. Evang. c. 201. p. 1993. a. atq; Hacksp. Part. III. Not. Phil. p. 192. Althof. Harm. Evang. p. 1043. (4) *reduplicativè* 1. Joh. III. 9. ἔτι quatenus, ita Joh. V. 27. quod contra Orthodoxos ne- gat Hacksp. Part. III. Not. Phil. p. 420. (5) *assertivè* Luc IV. 21. ὅτι sa- nè, cap. V. 26. c. XIX. 42. Matth. VII. 23. ὅτι certè, ita Luc. VII. 16. (6) *interrogative* Marc. IX. 11. & 28, ὅτι, cur, quare, quamobrem. Beza & de Dieu lectionem putant esse mendosam. Verum ex ignorantia usus hujus particulæ, qui Herodoto, Aristophani & Æliano haud in- frequens. Conf. Luc. II. 49. (7) *Consecutivè*, Matth. XIII. 13. ὅτι βλέ- ποντες pro ἵνα βλέποντες. Conf. Marc. IV. 12. Luc. II. 10. (8) *eidi- κῶς* pro particula explicativa NEMPE, Matth. XXVI. 54. Quomo- do igitur implebuntur scripturæ? ὅτι, nempe, sic oportere fieri. Conf.

ROM.